UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

5. Ad Casum reseruatu[m] non sufficit animus, sed opus perfectum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

periorem queat appellare habetur diſt. 4. c. 18. de Appellationibus, & vide Sayr. claui Regia lib. 12. Cap. XVII. n. 37. cum Nau Conſil. 3. de ſententia & re iudicata. RodeTico t. 1. q. 29. a. 2. fuſe proſequentem quomodo citra excommunicationis latæ ſententiæ & Papæ reſeruatæ, quam Gregorius 13. in Conſt. Quoniam noſtro paſtorali: impoſuit Minoribus ad Tribunalia ſæcularia appellantibus, & ad ea temere confugientibus, Regulares iniuſtè grauati quà ad immediatos Superiores, quà ad Sum. Pontificem ſeu Ordinis Protectorem aut ſaltem per modum ſimplicis querelæ poſsint recurrere.

V. Etiamſi Religioſus deliberato animo apoſtatandi habitum abiiciat & ſæcularem

indutus

indutus accingat ſe ad iter omnia tentet vt egredi ſepta Monaſterii poſſit, & de facto nō egreditur, vel quia pænitudine ductus voluntatem mutauit, vel à vigiliis impeditus aut quocunque tandem modo paſſus fuerit remorā aut vim, ſimpliciter non eſt apoſtata nec crimen reſeruatum commiſit. *Suar. t. 4. de Virtute & ſtatu Religionis l. 2. c. 18. n.* 4. quod non conſummarit actum ſub reſeruatione à Clemente 8. prohibitum, ideſt egreſsionem extra ſepta Monaſterii ſine qua vel non fuit perfecta iniuria Religioni illata, ita vt non vergeret in eiuſdem infamiam vel certè ante huiuſmodi egreſsionem non fuit conſummata apoſtaſia, licet grauiter peccarit.

VI. Collige 1. Eiectos & præcipuè fugitiuos teneri ad reditum maxime ſi à ſuis ſuperioribus requirantur, *iuxta. Cap. vlt. nè Religioſi,*